

„brevis respondeo, nunquam me hæreticis peper-  
„cisse; sed omni egisse studio, ut hostes Ecclesiæ, mei  
„quoque hostes fierent.

Pergunt itaque ad visitandum consolandum-  
que Hieronymum, dum in labore esset, idem-  
tidem Catholici seniores. Ad beatum quoque Au-  
gustinum Episcopum secum quidem animo in Eccle-  
sia Catholica cooperantem, corpore autem in  
Africa scribentem, sic inter cætera scripsit: No-  
stra habuimus tempora, & cucurrimus quantum  
potuimus: nunc te corrente & longa spatia tran-  
mittente, nobis debetur otium. Igitur Hierony-  
mus, quam Christo Deo adolescens voverat, hanc  
perfectam eidem jam corpore senex obtulit vitam  
suam, castam, placibilem, unicam in eremo pœni-

tentiam Bethleemicam. Libris præterea suis per  
sex & quinquaginta annos sine ullo otio apud Be-  
thleemicos, totum implevit orbem, spiritali ope-  
re irreprehensibiliter consummatis, octavo & octo-  
gesimo ætatis suæ anno in Domino requievit. Be-  
thleem eum alma tenet, iterum venturo Domino  
offerendum. Dormivit autem Beatus Hieronymus  
anno imperii THEODOSII junioris XII. Om-  
nes autem anni vitæ ejus sic colliguntur. Ordina-  
tus est Romæ Presbyter annorum viginti novem,  
annis tribus vixit apud Bethleem, in proposito suo  
annis quinquaginta & mensibus sex. Omne vitæ suæ  
tempus implevit annis LXXXVIIII. & mensibus  
sex. Dormivit in Domino pridie Kalendas  
Octobris.

Explicit vita sancti Hieronymi Presbyteri & Confessoris.

## VARIANTES LECTIONES

Vite superioris, ex quinque codicibus manuscriptis vetustissimis, uno Corbeiensis, alio  
Narbonensis Ecclesiæ, tertio Monasterii Sylvæ Majoris prope Burdegalam,  
quarto Luxoviensis, quinto Sancti-Gallenſi.

### EDITUS LIBER

ex duobus MSS.  
Lux. & San-Gal.

INCIPIT VITA SANCTI HIERONYMI  
PRESBYTERI.

**H**IERONYMUS noster.... quod à Go-  
this everſum.  
Postquam verò omne studium mundanarum lit-  
terarum est adeptus.

Consuetudine lautioris cibi.  
Dum me ita antiquus.  
Inter verbera (nam cædi me jusserat.)  
Dejerare cæpi.  
In hæc sacramenti verba dimissus revertor ad  
superos, mirantibus cunctis.  
Ut vana somnia.  
Testis est tribunal. Judicium teste quod timui.

Livientes me habuisse.  
Incredulis fidem facerent.  
Verum enim verò hunc ego felicem dixerim.

Quia pravorum hominum persecutionibus paca-  
tum fore existimo.  
Ubi ita proficere studuit, ut sanctarum Scriptu-  
rarum studiis erudiretur. Supplex &c.

Clausum persequi deserint. Ad deserta deinde  
loca.

Ut volasse eum magis quam isse crederes.

Quia amaritudine repletus eram. Horrebant fac-  
co membra deformia. Squalida cutis.

Mens desideris æstuabat: in frigido corpore &  
ante hominem suum jam carne præmortua sola.

### MSS. TRES

Corbei. Narbon. Burdeg.  
Narb. Cod. In Nat. S. Hieron. Presb.

INCIPIT VITA SANCTI HIERONYMI  
PRESBYTERI ORTHODOXI.

**H**IERONYMUS noster... Codex Syl-  
maj. sive Burdeg. A Gothis nunc everſum.  
Narb. Omnem mundanorum studiorum littera-  
turam est adeptus. Corbei. Omnem peritiam mun-  
danarum studiis litterarum est adeptus.

Narb. Satietaute lautioris cibi.  
Burd. Dum me itaque antiquus.  
Narb. Inter verbera quibus cædi me jusserat.  
Narb. Deum jurare cæpi.  
Burd. Inter hæc sacramenti verba dimissus rever-  
tor à superis, mirantibus cunctis.  
Narb. & Burd. Aut vana somnia.  
Corb. Testis est tribunal. Judicium testis quod  
timui.

3. MSS. Livientes me habuisse.  
Narb. Incredulis fidem facerem.  
Burd. Verè enim virum hunc ego esse felicem  
dixerim.

MSS. 3. Qui pravorum hominum persecutioni-  
bus paratum fore existimo.  
Burd. Ubi ita proficere studuit & profecit, ut  
mira scientia donaretur. qui ut sanctarum Scriptu-  
rarum studiis plenè erudiretur, supplex &c.

Idem. Clausum persequi deserit: ab adventu  
Salvatoris usque ad nostram ætatem. Ad deserta  
inde loca.

Narb. Ut volasse eum magis crederes quam  
measse. Burd. measse. Corb. remeasse.

Burd. Quia amaritudine repletus eram. Horrebant  
membra sacco deformia. Squalida cutis.

Idem. Mens desideris æstuabat in frigido cor-  
pore. Et ante hominem suum jam præmortua,  
sola &c.

### EDITUS.

### MSS. TRES.

Inedia subigebam.  
A Domino rediret imperante tranquillitas.  
Quadriennio itaque dedicata pœnitentiæ exa-  
cto, ad Bethleem.  
Adhuc sub tugurio.  
Ad occidentem conspicit.  
Et ultro pollicitus es, furtivis noctium operibus  
aliquas si velim posse dictare.  
Super mel ori meo. Nam cum idcirco, ut ait.

Nec Epistola brevitem.  
Quia plurimæ Epistolæ ejus.  
De metris & regionum situ & disputando Philo-  
sophis disputans.  
Incentiva vitiorum ardoremque ferre non po-  
teram.

Quid ibi laboris susceperim.  
Testis est conscientia mea quid passus sim,  
quam &c.

Non potuisse me nisi quod ante intellexeram in-  
terpretari.

Verum adhortante me Hebræo, & illud mihi.  
Cæpi rursus esse discipulus Chaldaicus.  
Chaldaicum legere & intelligere, quam sonare.  
Quæ in Canone continentur.

Et enchiridionem appellavit. Duos libros Salo-  
monis explanavit.

Sedecim quoque Prophetarum.  
Vel scribere inchoasse reperta differuit, quatuor  
& septuaginta.

Suis.... præfationibus prænotatas.  
Suam potius imperitiam recognoscere. Tanta  
denique.

Funiculo trabem suspensio.  
Sancto Spiritui dedicatis.  
Ad juris quoque consultos singularem sonan-  
temque edidit librum.

Plerumque Eremitarum Patrumque vitas insig-  
nium veracissimo eloquio texuit historia.

Ita consolatoris dissertationibus declaravit, ut uni-  
cam fore arbitretur.

Hanc perfectam eidem jam corpore senex obtu-  
lit vitam suam, castam, placibilem.

Per sex & quinquaginta annos sine ullo otio apud  
Bethleemicos, totum replevit orbem, spiritali  
opere irreprehensibiliter consummatis.

Omne vitæ suæ tempus implevit annis LXXXVIIII.

Explicit Vita Actusque beati Hieronymi  
Presbyteri.

MSS. Inedia subigebam.  
Burd. A Domino rediret increpante tranquillitas.  
Idem. Quadriennio itaque dedicata pœnitentiæ  
exacta, ad Bethleem.

Idem. Adhuc sub tuguriolo.  
MSS. Ad occidentem respicit.

Burd. & Nab. Et ultra pollicitus es, ut furti-  
vis noctium operibus aliquas si velles posses dictare.

Idem. Super mel & favum ori meo. Nam idcir-  
co, ut ait.

Nec Epistola brevitem.  
Quia Epistolæ ejus.

MSS. de metris & regionum situ & Philosophis  
disputans.

Idem. Incentiva vitiorum ardoremque naturæ  
ferre non poteram.

Burd. Quid ibi laboris insumserim.  
MSS. Testis est conscientia tam mea qui passus  
sum, quam &c.

Burd. Non potuisse me interpretari, nisi quod  
intellexeram.

Idem. Verum viro adhortante Ebreo, & illo mihi.  
Idem. Cæpi rursus discipulus fieri Chaldaicus.

Chaldaicum legere, quam sonare.  
Quæ Canonicè continentur.

Idem Burd. Et enchiridionem appellavit. Duos li-  
bros Salomonis explanans.

Sedecim namque Prophetarum.  
MSS. Vel scribere repertum differuit solus.  
Septuaginta.

Narbon. Suis universis præfationibus prænotatas.  
MSS. Suam potius imperitiam recognoscere.

Innumeris præterea libris Apostolorum Prophe-  
tarumque constructionibus. Et post pauca. Nunc,  
inquit, mysterium operatur iniquitatis; & garrit  
unusquisque quod sentit. Ego solus sum qui cuncto-  
rum gloria mordear. Tanta denique.

MSS. Funiculo trabe suspensio.  
Burd. Sancto Spiritu dedicatis.

Idem. Juris quoque consultus, singularem tonan-  
temque edidit librum.

Plerumque heremitarum Patrum vita insignium  
veracissimo eloquio contexuit historias.

MSS. Ita consolatoris dissertationibus declaravit;  
ut unica fore arbitretur.

Burd. Hanc profecto jam corpore eidem obtulit  
vitam suam, cautam, placibilem.

Idem. Per quinquaginta & sex annos, sine ullo  
otio apud Bethleem spiritali opere, irreprehensi-  
biliter consummatis totum replevit orbem.

Omne vitæ suæ tempus implevit annis octo-  
ginta septem.

Explicit vita Sancti Hieronymi Presbyteri  
& Confessoris.

### ADNOTATIONES.

**S**UPERIOREM Hieronymi vitam ediderat ante nos è  
duobus MSS. codicibus Germanicis D. Joannes Mabillon,  
Tomo IV. veterum Analectorum: in eadem ego plura mutavi  
ad fidem trium exemplarum manuscriptorum vetustissimo-  
rum, quorum etiam, ut vides, varias edidi lectiones. Quisquis  
porro fuerit vitæ hujus Auctor, parum exercitatus fuit in histo-  
ria & operibus Hieronymianis; nec optandum fuisset eum def-  
cendisse ad singularia quedam facta Hieronymi, quia plurimis  
scæter erroribus Chronologiæ & Historiæ: sicut quum ait, or-

dinatum fuisse Romæ Presbyterum Hieronymum, annorum  
viginti novem. Quod utrumque falsum esse nullus ignorat,  
qui res & opera Hieronymi accuratius didicerit. Gennadium  
verò hujus opusculi existimat Auctorem D. noster Mabillon;  
idque verisimile nobis videtur, tum propter styli rationem,  
cum propter silentium in causa Rufini Aquileiensis, cui  
Gennadius impensius favebat. Nos de his omnibus in vita  
ejusdem sanctissimi Doctoris abundè satis & accuratè di-  
ximus.